



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXXV. De Pactis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

tionem eorum, qui sunt subditi; quo ta- *cod. in Ex-*  
 men casu non tam Pacis quam Concorda- *travag.*  
 torum nomine utimur. *con.*

## De Pactis.

## TIT. XXXV.

Quia plerumque & fere semper est dubi-  
 us litis eventus, solent litigantes, si fie-  
 ri possit, controversias privatas inter se  
 componere per pacta & transactiones,  
 atque ita discedere a litibus.

## 1. Quid est Pactum?

Pactum seu Pactio, definiente Ulp. J. C.  
 est duorum vel plurium in idem  
 placitum consensus. Dicitur, *in idem c. 1. §. 2. D.*  
*placitum*, hoc est, in eandem conventio- *De pact.*  
 nem, ad aliquid dandum vel faciendum:  
 quia placitum idem significat quod con-  
 ventum.

## 2. Quotuplex est Pactum?

Pacta varie dividuntur, quas divisio-  
 nes ex jure civili & Wesenb. *ad D. h. t.*  
 repetere licet. Præcipua, & quæ maxi-  
 me est hujus loci, divisio est hæc, quod  
 Pactorum alia sint *nuda*, quæ in puris  
 placiti seu conventionis stant terminis,  
 neque causam aliquam habent obligan-  
 di.

di, quippe nullo aut dato aut facto  
veniente, propter quod oporteat  
rum dare aut facere, quod prom  
alia *non nuda*, quæ vulgo vocant  
quæque in specificum contractus  
abeunt, ut emtionis, locationis, pig  
&c. & causam obligationis habent.

l. 7. in pr.  
D. de pact.

3. *Quis est effectus hujus divisionis?*

Quod pacta non nuda pariant  
nem seu jus petendi validum utro  
re, id est, is qui pacto non nudo  
sit aliquid, cogi judicio, ut promiss  
pleat, potest: pacta vero nuda  
l. 1. C. De saltem jure civili; nisi sint pars  
pact. inter ctus, veluti si inter vendendum  
empi. & pacto agatur, ut venditor in ad  
vendit. tempus manere possit.

4. *An neque jure Canonico nudum  
parit actionem?*

Controversa hæc quæstio est.  
qui affirmant, obligationem scilicet  
nem nasci ex nudo pacto, quia per  
jure suam debent obtinere firmitatem  
quia studiose agendum, ut ea, quæ  
mittuntur, opere compleantur.  
qui negant, quasi mens Canonum  
sit, homines statim verbis captare  
infirmitis litibus fenestram aperire

o. 1. & 3.  
hoc tit.

factum, de quo agitur loco citato, videri fuisse solenne pactum, mediante stipulatione conceptum, ad querimoniam Antigoni.

5. *Valeatne pactum turpe aut rei turpis vel impossibilis de facto vel de jure?*

Non valet nec ullam obligationem inducit tale pactum: veluti si quid promittatur, quod per se inhonestum sit, ut *malis &c.* sacrilegium vel homicidium, aliave res peccato obnoxia: si quis stipuletur, per XXX. quod existere non potest, vel per rerum naturam fieri: si quis accepta pecunia beneficium promittat, aut jus patronatus, aut simile quid. Sic & pactum de succedendo in alterius beneficium rejicitur. *c. ult. h. t. c. 4. & 6. b. t. c. 5. eod.*

## De Transactionibus.

## TIT. XXXVI.

Transactio quoque, ut controversiæ finiantur, aptissimum est instrumentum. Differt a Pacto, quod omnis transactio sit pactum, sed non e contra; & quod pactum etiam gratis & donationis causa fieri possit, non etiam transactio.

*Quid*